

## De fide

95

arrentes. q. quedam eis alibi magis. alibi minus impressa  
 vest igitur colligam? In nobis autem ipsis eius ymaginem obtu-  
 tes tanquam ille minor euangelicus filius ad nosmetipsos reu-  
 si surgamus et ad illum eamus a quo peccato recesseramus? ibi  
 esse nostrum non habebit mortem. nosse nostrum non habebit erro-  
 rem. ibi amare nostrum non habebit offensionem.

## De erroribus pertinens ad dei misericordiam et iusticiam. Ca. xx.

**U**ltimo inter errores qui catholice fidei  
 aduersantur. dicendum est de erroribus pertinens ad dei  
 misericordiam et iusticiam. Inter quos cum breuitatis tamen de sex  
 tangemus. licet sint multo plures. **Primus** est error eorum. qui  
 negant filii dei incarnationem. **Secundus** eorum. qui dicunt animam  
 perire cum corpore. **Tercius** eorum. qui negant resurrectionem cor-  
 porum. **Quartus** eorum. qui dicunt unumquemque in fide vel lege  
 sua saluari. ex quo credit eam bonam et deo placentem. **Quintus** eo-  
 rum qui dicunt animas que in mortali decedunt non puniendas  
 eternaliter. **Sextus** eorum qui dicunt animas que in caritate  
 decedunt. nulla pena purgatoria puniendas.  
**Primi** dei misericordiam et iusticiam metiri volunt. **Secundi** misericordiam et  
 iusticiam hominum. ideo misericordiam dei reputant stulticiam. **Ter-  
 tius** ad Cor. i. Verbum crucis peccatis stulticia est. et iusticiam reputant furorem  
 pueri. **Quartus** Zelus et furor viri non potest in die vindicte. ipsi non  
 attendunt illud domini verbum. **Quintus** sicut exaltantur celi a terra  
 sic exaltate sunt vie mee a vobis vestris. **Sextus** vniuersae vie domini sunt  
 misericordia et veritas. isti detrahunt dei potentiam. dum dicunt deum  
 non potuisse hominem fieri quod si verum esset deus omnipotens  
 non esset. **Septimus** ad Luc. i. non erit impossibile apud deum omne ver-  
 bum. et **Math. xix.** Apud deum omnia posibilia sunt. cum  
 sententia sit omnium recte prophetantium hominem esse deificatum  
 dum participatione deitatis. quod mirum si deus factus est homo  
 participatione humanitatis. **Isti** contradicunt diuine boni-  
 tati. non in radice sed in ramo ipsius. dum negant tantum